

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Qualiter in Deo accipitur liberum arbitrium. D

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

cere vel dimittere. Secundum quod nec in Deo,  
nec in his omnibus, qui tanta beatitudinis gratia  
sunt roborati, ut iam peccare nequeant, liberum  
arbitrium esse nequit. Sed quod Deus liberum ar- *Aug.ca.30.*  
bitrium habeat August. docet, ita inquiens: Cer- *in medio*  
te Deus ipse nunquid quoniam peccare non po- *lib 21. de ci-*  
test, ideo liberum arbitrium habere negand⁹ est? *uitat. Dei*  
Amb. quoque ait, Paulus dicit, quia omnia o- *Ambr.in*  
peratur unus arque idem spiritus, diuidens singu- *medio ca.3.*  
lis prout vult, i. pro liberæ voluntatis arbitrio non *li.2. de fide*  
pro necessitatibus obsequio. *tom.2.*

*Qualiter in Deo accipitur liberum arbitrium.* D

Sed aliter accipitur liberum arbitrium in crea-  
tore, quam in creaturis. Dei etenim liberum arbi-  
trium, dicitur eius sapientissima & omnipotens  
voluntas, quæ nō necessitate, sed libera volunta- *Hieron.ad*  
te omnia facit prout vult. Ideoque Hier. attēdens *Dam.papā*  
non ita esse liberum arbitrium in Deo, sicut est in *circa finem.*  
creatulis, ab ipso videtur liberum arbitrium ex- *Tom.3.*  
cludere, in Hom. quadam de fil. prod. dicens: Solus *Luce 15.*  
Deus est in quem peccatum non cadit, nēc cadere  
potest. Cætera, cum sint liberi arbitrii, in utram-  
que partē flecti possunt. Dū ait, cætera, indicat li-  
berū arbitriū sicut est in ceteris. nō ita esse in Deo.

*Quod angeli & sancti quietam beatitudo sunt, habent libe-*  
*rum arbitrium.* E

Angeli vero & sancti, qui iam cum Domino fe-  
liciter vivunt, atque ita gratia beatitudinis cōfir-  
mati sunt, ut ad malum flecti nec velint nec pos-  
sint, libero arbitrio non carent, vnde Aug. ait. Si- *Aug.lib.21.*  
cuit prima immortalis fuit, quam peccando Adam *de ciuit.ca.*  
perdidit, posse non mori, ita primum liberum ar- *30.in me-*  
bitrium, posse non peccare, nouissimum, non pos- *dio.*  
se peccare. Postea in enh. Sic oportebat prius ho-  
minem fieri, ut bene velle posset, & male. Postea *August.in*  
vero sicerit, ut male velle non possit: nec ideo ca- *princip.ca.*  
rebit libero arbitrio. Multo quippe liberi⁹ erat ar- *105.in Enc.*  
bitrium. *Tom.1.*